

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

istro libro mille alij sunt simillimi, qui Constantinopoli extant, quod equidē probare recipio tibi, si cæteris in cōtrouersis nostris conuenerimus. Porro vltimæ vestra oratio ni rñdeo, nil mixtæ, si magnus ille Basilius ex aliquo pro vero dato, licet ambiguū fuerit, quicquid probauerit, vt nos ipsi Ferrariæ fecimus, proferentes, tamen vestrum dogma forsitan sit veræ, haud tamen necesse eēt, ipsū apponere symbolo. Sic ergo Basilius ratio cinabatur. Posito nō tamē cōcesso, huic em̄ opinioni (vt multis argumētis probauim⁹) contradixit, sanctū sp̄m ordine ac dignitate tertium eēt, minime tñ necesse est, ipsū natura quoq; tertium eēt, quæ quidē figura *ἐπιτιμασώσης* ab oratoribus appellatur, angelorū (inquit) alius princeps, alius subditus, & tamē omnes angeli natura sunt, & stella stellas præstat in gloria, & natura stellas omniū vna, & mansiones multæ apud patrem, id est dignitatū diuersitates, glorificatorū vero natura vna. Nō igitur ex propositionibus veris, ambigua (vt inquis) infert conclusionē, sed ex ambiguo, sumpto tñ pro vero, necessarium, quoddā concludit. Miror autē, P. R. te virū doctissimū latuisse, nos ex nōnullis ex hypothesi pro veris sumptis, veritatem necessario demonstrare posse.

1. Comp. 1. f. Iohan. 14. a.

Iohan.

Quamplurima, pater Ephesie, non autē ad propositū pertinentia, mihi protulisse videris. Nā sessione proxima necessariā & admirabilē quæstionē in mediū protulimus, tu vero infecta re ad alias quæstiunculas venisti. Aut igitur ad propositum redeamus, tu vero infecta re ad alias quæstiunculas venisti. Aut igitur ad propositum redeamus, tu vero infecta re ad alias quæstiunculas venisti. Aut igitur ad propositum redeamus, tu vero infecta re ad alias quæstiunculas venisti. Nā prohibam orationē, quā modo corā tot amplissimis auditoribus habuisti (spū sancto fauente) facile dissoluere possum, nec nō similes ostendere, authoritates, quas attulisti, magis ad nostrā quā ad vestrā rem facere, sed velim, vt ipse prius respondeas ad propositū. Non equidem cuncta, quæ dicta sunt, bene memoria teneo. Satis tamen mihi dictum esse videtur.

Mar.

Iohan.

1. Comp. 1. f. Iohā. 14. a.

Mar.

Iohan.

Mar.

Ea tibi, P. R. libentissime repetā, quorū non recordaris. Nostra quidē oratio ad magnū Basiliū fluxit, qui contra Eunomium tertio libro demonstrauit, vt quemadmodum inter angelos & stellas, ac mansiones in domo patris, ordo quidam dignitatis absq; tamen ipsorum naturæ discretionē creditur eēt, ita etiam in diuinis personis sit.

Ergo ex rebus creatis, ac rerum creatarum exemplis, res diuinas ostendere vis? Quid nisi? Exempla nāq; creata res increatas declarāt, quæ quidē incōprehensibiles sunt, ita vt vix intelligi possint, & nō nisi rebus humanis, ac aliis rebus exemplis figurantur.

At magnus Basilius non ita sensisse videt. Cur em̄ (inquit) necesse est, si dignitate, ac ordine tertius est spūs, ipsū natura quoq; tertium eēt? id est, posito nō tñ cōcesso, sanctū sp̄m dignitate ac ordine tertium eēt, non tñ ex eo sequitur, ipsū natura quoq; tertium eēt (vt ipsi quoq; Ferrariæ dicebamus) posito, dogma vestrum verum ac pium eēt, non tamen licere, ipsū symbolo addi. Magnus ergo Basilius neutiquā profitetur sanctum spiritū ex filio eēt habere, vel ordine ac dignitate tertium eēt, quæquidē ex his Eunomius in ferebat, sp̄m sanctū natura quoq; tertium eēt. Credi nō potest, P. amp. magnū illum doctorē cōtra dialecticos artē scriptitasse. Nōne hoc argumentū a dialecticis est acceptū quicunq; currit, mouet, ergo mouetur, si currit? quo quidē argumentandi modo Basilius (vt supra dictū est) vtitur. Porro quoniam, pater Ephesie, amplissimos hos auditores magnā theologiam docere voluisti, idcirco, ne forte ignores, quid nā ipsi de consubstantiali trinitate sentiamus, de hoc tibi pauca dicā. Nos quidē, qui apostolicā sedē sectamur, patrem vnica filij sanctiq; spūs causam profiteamur eēt, quæ plane nostra fides, atq; religio ab illo primo apostolorū præconio huc vsq; meridiana luce clarior est, & sermo domini ad apostolorū principem habitus non p̄terit, nec vllō vnquā tempore p̄teribit, nec portæ inferi aduersus nostrā ipsam fidē præualebunt. Vnde merito euenit, vt cæteræ Christianorū ecclesiæ huic Romanæ, vt maximo fundamento basi q; fulciantur, quam doquidem pia est, ac hereticorū lingua, ne malum loquatur, cōp̄mit, credens firmissimè me non duas causas vel principia, veræ principium vel causam vnica in diuinis personis eēt, ac simul anathemate notans eos, qui duas causas, duas vel principia in ipsis personis diuinis eēt crediderint. Quibus ita peractis, sessio fuit dimissa, & hæc sermo Græcis perplacuit, ita vt non mediocri gaudio fuerint affecti, q; Latini patrem vnica eēt filij sanctiq; spiritus causam, non autē duas fuerint professi. Paucos vero post dies, antistes Græci patriarchæ

Iohan.